

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 25.

*Secretum litterarum commercium inter Vivos
et vita functos.*

Pie defuncto theutonico Michaeli ad Elysium:

Ex mundo superiore.

Elysium-Meum, Die Martis. 17. Apr. 1810. (Neov. 30. Mar. 1810.)

Rem haudquaquam auribus ingrata tua
fatum existimo, quendam de tua cognatio-
ne nomineque tuo intelligere. Dantur hodie-
dum, nihil valente in contrarium omni Phi-
sophia, veri & genuini theutonici Michael-
les, qui theutonico nomini tuo honori cedunt,
quemadmodum ex sequentibus intelligere
poteris.

Opulentus quidam Topareha, qui simul
mente cultus (illuminatus) Philosophusque
videri voluit, emit amplum pradium, in quo
Reformationem occipere volebat; die qua-
dam deprehendit unum e ditissimis Colonis
suis in agro, tiliæ sub arbore tabacæ fumum
e tubulo haurientem operisque intentum.

Audi, sis, Michael! alloquebatur eum,
animo expendi, vir prestans es, te felicem
reddendi est mihi animus.

*Michael. Gratiosè Domine! sint Deo lau-
des, vere beatus sum.*

Herus. Stolide! est tibi Officialis dominialis qui ultra modum homo habet est.

Mich. Domine! id mea ultima & minima cura.

Her. At male vos moderatur.

Mich. Esse potest — omnia utranque valemus.

Her. Justitiam sequiter curat.

Mich. Fieri quidem potest: ut dum & quando quid humani subversetur, verum narratum mihi memini, aliis la praedictis nec hilo res melius decurrere.

Her. Depeculatur, vos deglubit, pecunias extorquet.

Mich. Sit ita — vivere & sine e vivere — nihilominus quolibet Dominico suilliam manducamus assum.

Her. Scriba, quem habet, vobisquam agit ad lubitum suum.

Mich. Dominus scriba, si jam loquendum, vere nunci est, & multum non valet — Cæterum est modus in rebus. —

Her. Et in his adjunctis te adhuc beatum censes?

Mich. Cur non? perfectam felicitatem bonus Deus nobis in alio mundo promisit, vescimur nihilominus pane nostro pacifice. San: vicina nobis praedia, quorum Coloni durius & acerbius a suis officialibus tractantur.

Her. At expendi, sis, Michael! ex hoc etiam pane decimam Parocho vestro pendendam habetis.

Mich. Utique & R. D. Paterne vivere vult.

Her. Homo rudi, superstitiosus est.

Mich. Credimus illa, quæ concionatur, sumusque in hac fide tranquillo, contento devotoque animo.

Her. Vaxat vos jam hoc, jam illo, punnit vos si semel jejunii die frustillum Carnis manducatis.

Mich. Ast & paterne nos adhortatur solaturque in novissimo vitæ articulo,

Her. Oeconomia quoque vestra nihil valet.

Mich. Et tamen metimustantum, ut pro pauperibus frustam paucis superat.

Her. Illis paludes siccandæ, isthic erenosum solum culturæ capax reddendum restat.

Mich. Sane agendum continuo superest, nepotes nostri id profecto experientur.

Her. Sed vestra obligatio deposcit, ita agere, ut liberis nihil relinquatur.

Mich. Quid ait D. V. ? ergo liberi nostri quid demum acturi sunt?

Her. Fruitari. —

Mich. Quasi vero — eorum patres nostri eandem curam de nobis non habuere?

Her. Quia rudes, quia prior vester Dominus eorum non excolere mentes (illumina-re) conatus est — Ast ego rem melius intelligo, ego vos felices reddere volo, & apud te exordium facere lubet.

Mich. Gratiosè Domine! non dignetur sibi incommodare. Certam quæppe reddo Gratosam D. V. me certe felicem esse & beatum —

Her. At id falsum est. — Tibi alii de beatitudine conceptus sunt, ex quo sequitur: te exactam non tenere felicitatis notionem.

Mich. Alii conceptus? — Hoc equidem non contraverto — at cur non exacti? hoc non assequor. — Equidem simplex & rudis Colonus sum, at existimo, quemvis hominem sua ratione beatum esse, atque, dummodo per id neminem offendat, nemini quocumque jus esse id curandi. —

Dominus. Michael! ubi haec ratione Philosophia, sublimiorque cultura humanitatis subsistet? — quo omnia tendere debent. Nova perfectior Cultura societatis non aliis, quam philosophicis principiis obtineri valet, quapropter necessitatem mihi imponi video, te felicem reddendi, tunc etiam, dum adversaris. —

Mich. Proh bone Deus!

Her. Vestrum officialem dominalem ab officio amovebo.

Mich. Nolit id G. D. V. omnibus ille carus est.

Her. Scribam vestrum pellam ad diabolum. —

Mich. Pace mea, in nomine Domini, dummodo luridior non sequatur, raro malo succedit melius.

Her. Vestrum Parochum data seris summa discedere jubebo. —

Mich. Caveat sibi Gratiosa D. V. male sibi consulat — dum causa A. Rev. nostri Parochi agitur, tunc unus pro omnibus, omnes pro singulis pectora opponimus.

Her. Tam rebelles estis. —

Mich. Minime G. D. nos nihil petimus aliud, quam in eo statu nos relinquere dignetur quo reperit.

Her. Id fieri nequit. — Ego vester officialis, ego Parochus ero.

Mich. Nullasne eorum præstationes dependemus?

Her. Præstanda dependetis ut ad hoc tempus, at mihi. —

Mich. Parocho nulla pendenda erit Decima?

Her. Hanc ut hætenus sed mihi pendetis.

Mich. Mirum! — quam ergo tandem consequimur novam, quam tantopere prædicas, felicitatem?

Her. Ego vos ad sublimiorem Culturam voco. Audivistis probabiliter de celebri extimioque viro in Helvetia, qui aratra præparat in valore 36 Carolinorum singulis 8 equi junguntur — hæc vobis procurabit.

Mich. Hunc opulentum Oeconomum oportuit. — Gratiosè Domine! 36 Carolini! 8 equi! quid cogitat? tantam non ferunt nostri humeri.

Her. Nagæ! mutuum levare potestis.

Mich. Per omnia sacra & sancta obsecro, obtestor V. D. sinat nos penes vetera. Continuo audiivi: quod homini reapse conducit, suapte & ultro absque violentia convalescit & perficitur. — Res miseranda est cum innovationibus in Oeconomia. Agri mel argu-

mento luculento sunt. Sunt quædam, quæ in theoria utilia adparent, - at in etiam in praxi id obtinet? fit interdum ut in ea successus respondeat, ex altera nihilominus parte plus jacturæ quam emolumenti, ut cum hæc gratulandum esset, si innovatio intermissa fuisset. Equidem simplex homo sum, sed 64 anno iam mundo vivo, expertusque sum: vere bonum & utile inter homines inducendi unum certum efficacique dari medium nempe exemplum. Exemplo inquam Gratiosæ Domine! nemo refragatur — quare Gratiosæ Sux Dominationi si via quædam ad sublimiorem felicitatem perveniendi nota est, dignetur pedetentim & paulatim, bono sibi viso exemplo nobis præire; dignetur aratram illud celebre ostioque illos equos aera comparare, dignetur arandum & occidendum curare, nos omnia hæc observabimus, tum, quæ meliora erunt, sequemur.

Her. Michael! Equidem prudentem te ad hæc tempus virum ætimavi, ast eum audiam te ast quis inherendi, & salutaria consilia aspernandi animum habere, duræ obstipæque cervicis rusticum esse, apage stolo! abi in perniciem tuam! ad alium vicinum vestrum me convertam, hic culturæ patientem præbebit aurem, huic ego felicitatis viam monstrabo.

Michael noster gaudio plenus se ab impertuno benefactore libereri, venerabundus cum ac humili gressu ad terminum usque agri sui prosequitur, ubi postremum ei vale dice-

bat, ad eñs reversus — vicinus oracula heri
 avido ora excipere, quid sit: aratrum &
 8 equi comperantur, nova Cultura duravit
 uno anno — verum sumtus in aratrum, equos,
 & famulos, fructus œconomicos decedere,
 imo excipere, ut omnia ad veterem pedem
 reduci deberent — & auctoritas probi theu-
 tonior Michaelis probata erat.

Atta in ratione politice se habet orbis
 Care theutonice Michaeli in hoc continuo
 aliquid reperitur novi, quæ per 18 annos
 nova experti sumus, ad eundem, quo ante
 ea fulsum, statum deducunt, utpote, ad terre-
 stem fortassis & maritimam pacem. Eotam
 nos de vita gratulabimur, interim in Ephe-
 meridibus nova leguntur eventa seqv. argu-
 menti.

Londini 13. Mart. Nuncium aliquot ante
 diebus ferebatur Copias nostras in Portuga-
 lia esse in procinctu Angliam repetendi, ast
 hic rumor rursus evanuit, cum denuo 2000
 prætorianæ Regiæ militiæ pedestris iussa ac-
 ceperint, naves conscendendi; vix dubio va-
 eat eas in Portugalliam destinari.

Gadibus nunciatur: Gallos præpotentia
 urbi vicinos quidem esse, continuari nihilo-
 minus adparatus ad efficacem & pertinacem
 defensionem. Incolæ perficiendæ munitionis
 lineæ vacant. Præsidium 15—20000 effici-
 unt. Numerus Incolarum die 14. p. m. 130000
 efficit. Vitæ Subsidia Incolarum medio prom-
 tuariorum ad 35 dies, præsidiariorum ad 3 men-
 ses certa reddita sunt.

mento luculento sunt. Sunt quædam, quæ in theoria utilis adparent, et in etiam in praxi id obtinet? si interdum ut in ea successus respondeat, ex altera ubi domini parte plus jacturæ quam emolumenti, ut cum hæc gratulandum esset, si innovatio intermissa fuisset. Equidem simplex homo sum, sed 64 anno in mundo vivo, expertusque sum: vere bonum & utile inter homines inducendi unum certum efficacique dari medium nempe exemplum. Exemplo inquam Gratiosæ Domine! nemo refragatur — quare Gratiosæ Sux Dominationi si via quædam ad sublimiorem felicitatem perveniendi nota est, dignetur pedetentim & paulatim, bono sibi viso exemplo nobis præire; dignetur aratram illud celebre octoque illos equos aera comparare, dignetur arandum & occidendum curare, nos omnia hæc observabimus, tum, quæ meliora erunt, sequemur.

Her. Michael! Equidem prudentem te ad hæc tempus virum æ timavi, ast cum audiam te ast quis inherendi, & salutaria consilia spernandi animum habere, duræ obstipæque cervicis rusticum esse, apage stolo! abi in perniciosam tuam! ad alium vicinum vestrum me convertam, hic cultus patientem præbebit aurem, huic ego felicitatis viam monstrabo.

Michael noster gaudio plenus se ab impertuno benefactore liberari, venerandus cum ac humili gressu ad terminum usque agri sui prosequitur, ubi postremum ei vale dice-

bat, ad suos reversus — vicinus oracula heri avido ore excipere, quid sit: aratrum & 8 equi comparantur, nova Cultura duravit uno anno — verum sumtus in aratrum, equos, & famulos, fructus oeconomicos decoxere, in eo excelsere, ut omnia ad veterem pedem reduci deberent — & auctoritas pro theutonica Michaelis probata erat.

Alia in ratione politica se habet orbis Care theutonice Michael! in hoc continuo aliquid reperitur novi, quæ per 18 annos nova experti sumus, ad eundem, quo ante nos fulimus, statum deducunt, utpote, ad terrestrem fortassis & maritimam pacem. Eorum nos de vita gratulabimur, interim in Ephemeridibus nova leguntur eventa sequ. argumenti.

Londini 13. Mart. Nuncium aliquot ante diebus ferebatur Copias nostras in Portugallia esse in prociectu Angliam repetendi, ast hic rumor rursus evanuit, cum denuo 2000 prætorianæ Regiæ militiæ pedestris iussa coeperint, naves conscendendi; vix dubio vacat eas in Portugalliam destinari.

Gadibus nunciatur: Gallos præpotentia urbi vicinos quidem esse, continuari nihilominus adparatus ad efficacem & pertinacem defensionem. Incolæ perficiendæ munitionis lineæ vacant. Præsidiis 15—20000 efficiunt. Numerus Incolarum die 14. p. m. 130000 efficit. Vitæ Subsidia Incolarum medio promtuariorum ad 35 dies, præsidiariorum ad 3 menses certa reddita sunt.



Amstelodamo die 27. Mart. Quamvis de futura conditione nostra intelligitur, Nobilitas regni Hollandiæ ad eum statum reducenda fertur, quo in Gallia consistit.

Publicæ pagine memorent partem territorii usque Mosam Galliæ cedere nos, in cuius vicem Monasteriensem & Montis ditionem obtenturos; in his adiunctis expectandum nobis est. —

E p i g r a m m a.

Intellecto primo nuncio de Conjugio Ser. A: Ducis Ludoviæ cum S. M. Imp. Galliæ Napoleone. Concinnatum ab *T. Coste. Sup.*

Perge bonis avibus suavis Ludovica! beabis
Afflictos populos, nec dubitare licet.
Qui tot inaudito devicit Marte Monarchas
Porrigit ecce! tibi, victus amore, manus.
Non est sola status ratio hæc, patrisque voluntas,
Altior in nexu hoc, spiritus urget opus.
Bellerum sopies felix Ludovica! tumultus
Et pacem orbi, me vaticinante, feres.
GanceEuropa! novam faciem mox induet orbis;
Jam longo accelerant aurea sæcula pede.
